

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati milij
Witels.
¶ mas. er. q.
¶ hinc. 4. q.
¶ Mc. Joha: Leijob.
anno 1621.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ
Disputatio Quarta.

DE
GARNIS CHRISTI
CONCEPTIONE ET
FORMATIONE.

Quam

Annuente Decanorum

SUB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI
S.S.Theol. D. & P. P.

In privato Collegio examinandam

proponit


M. CHRISTOPHORUS KIRCHERUS,
Augustanus.

Habebitur ad d. 15. Novemb. horis pomeridianis
in minori Auditorio.

¶(X)¶

WITTEBERGAE,
Ex Officina JOHANNIS GORMANNI

ANNO CLC IQ C XXV



DECARNIS CHRISTI FORMATIONE.

THESES I.

UTI λόγος in utero Marie incarnatus, sic caro in λόγῳ θεοσασιν assumta recte dicitur. Et veluti per assumptionem carnis, λόγος est incarnatus: ita per incarnationem λόγος caro est assumta. Postquam igitur de cōsūp̄nōtēi λόγος hactenus diximus: restat explicanda carnis in λόγῳ θεοσασιν assumptio, quam praecepsit ejusdem formationi vel conceptio.

I. Vbi tamen notandum, acbus illos docendi quidem causa & ordine naturae, non tamen tempore distingui.

III. Nam primum caro Christi in utero Marie est formata vel concepta, post assumpta, & sic unita; unde apparet ordo. Contigerunt tamen omnia simul, quia caro illa concipiendo assumpta, assumendo concepta, concipiendo assumendoq; λόγω fuit unita.

Simul caro, simul Dei Verbi caro, inquit Damascenus, & repetit Lombardus. Lib. 3. c. 2. Lib. 3. dist.

IV. Quare de utriusq; actibus deinceps agemus. 2. Lit. C. Nunc vero de priori saltem, in hac Αἰσκρεψίᾳ disseremus, secuturi ordinem naturae, ideoq; dictur de Carnis Christi formatione vel conceptione.

22

ZHANE

V. Hanc Angelus ἡγεμονίαν breviter ἀλλὰ μάκραν γέως describit, quod Filius Dei de Spiritu S. in utero B. Virginis Marie ex ipsius substantia & sanguine perfectus homo conceptus fuerit, Luc. 1, 35. illisq; verbis tum causam efficientem seu producentem, tum materialē exprimit.

CAP. I.
Causa ef-
ficiens.
De quo
Damascē.
3. c.2.

VI. Efficiens causa est, Spiritus S. cui quidem conceptio non correspiciunt id est, materialiter, ac si ex substantia spiritus sancti conceptus fuisset, sed δημιουργικῶς id est effective, & per operationem uāτ̄ εξοχῆ attribuitur.

VII. Quae quidem ita non sunt intelligenda, ac si reliquæ τῆς καυταγής τείαδε personæ extulerentur.

IX. Nam i. diserte sacer textus trium meminit Personarum Luc. 1, 35. velut i. Patris nomine Altissimi. 2. Filij, qui per αὐτὸν Φερον Virtus Altissimi ab Angelo appellatur, ut inferius thes. 20. demonstrabitur. 3. Spiritus Sancti auctor λεξεὶ juxta Damasceni interpretationem.

X. 2. Carnis assumendæ formatio fuit opus pure externum; ideoq; toti Trinitati propter essentia reūtōnta identitatem & mutuum respectum

In Enchir. commune juxta vetus Augustini dictum, Oper. vid. c.38 l.1 ra Trinitatis ad extra sunt indivisa.

de Trinit. X. Ut autem alias multa sunt exterua opera, que c.4. & 8.l. omnibus personis competunt, uni tamen singulariter c.1. & 5. ter & uāτ̄ εξοχῆ tribuuntur: sic formatio Carnis Christi, licet à tota Trinitate sit peracta, nihilominus assignatur præcipue Spiritui S. Luc. 1, 35.

Matth.

Matth. 1. 18, 20. Sic in Symbolo Apostolico dicitur conceptus, in Nicæno incarnatus de Spiritu Sancto.

XI. Hoc autem ideo putamus fieri, quia caro Christi non tantum nude formata, sed insuper sanctificata, & ab omni labe peccati condita est immunis. Opus vero sanctificationis proprium est Spiritui S. cui propterea ipsa productio humanae Christi naturæ singulariter adscribitur, quoniam sanguinem Mariæ & massam ex qua formanda caro purgavit, sanctificavit & sanctificando naturam integrum formavit.

XII. Hic autem meditatione digna sunt verba Angeli, Luc. 1, 35. in quibus duæ latent propositiones. I. Spiritus S. superveniet in te. τὸ ἐπέλθειν vel ἐπέρχεσθαι notat actionem non communem & ordinariam πλαστείαι qua Deus concurrevit ad quorumvis generationem Job. 10. 8. Ps. 139. 5: sed singularem & extraordinariam, à communi naturæ cursu segregatam Γαυμαθύλια, ut Jud. 14, 6. Act. 1, 8. Luc. 24, 29.

XIII. Nam præsentia tum universali tum gracia sa Mariæ virginis jam ante adfuit Spiritus S. Et tamen de novo dicitur adventurus ratione præsentia singularis, qua massam ad carnem Christi deputatam sanctificavit, & humanam naturam in utero sine virili semine maximo cum miraculo efformavit.

XIV. Quando ergo Angelus ad Materiam ait, Spiritus S. superveniet in te, notatur actio. I. Singulare & miraculosa, secundum quam antea non ad-

A 3 fuit.

fuit. 2. Potens & cum virtute conjuncta, qua ipsam effecit matrem præter rerum seriem. 3. Velox & repentina, qua subito & præter opinionem conceptio miraculosa facta est. Nescit enim tarda molimina. Spiritus Sancti gratia.

In Harmo.
lib. 1. c. 4.

XV. 2. Virtus altissimi obumbrabit tibi. Syrus habet verbum, quod simpliciter significat protegere: sed major est emphasis verbi ομοιώσεως, annotante Chemnitio, quod & in V. & in N. Testam. usurpatur.

XVI. In V. Test. adhibetur ad notandam singularem præsentiam tum gratosam Deut. 33, 12. tum majestaticam Exod. ult. v. 35. Solet insuper pro defensione sumi, Psalm. 91, 4. 104, 8 sicut & umbra protectionem significat Jud. 9, 15. Psal. 17, 8. 57, 2. Eccles. 7, 13. Esa. 4, 6. & alibi.

XVII. In N. Test. dicitur de umbratione nubis lucidae in transfiguratione Christi Matth. 17, 5. Mar. 9, 7. Luc. 6, 34. De Petro etiam usurpatur, Actor. 1, 15.

XIX. Unde apparet verbum illud, si propriè & de rebus creatis dicatur, notare externam umbræ a-sersionem: sin metaphorice & de Deo importare peculiarem manifestationem, præsentiam, protectionem & impletionem ejus rei, qui à Deo inumbratur, non secus ac tabernaculum & templum sus gloria implevit.

XIX. Exposito ita prædicato, quid per subjectum motetur similiter videndum.

XX. Duo.

XX. Duo autem per virtutem altissimi possunt intelligi. 1. In genere DEITATIS aut Spiritus Sancti etiam totius Trinitatis actio & praesentia singularis, secundum quam operata est in Maria virgine, ut carnem Christi conciperet, ejusque Virginitas nihilominus defendetur & illibata maneret: atque ita vox dominica sumeretur essentialiter pro diuina potentia sese efficaciter & singulariter exercente. 2. In specie λόγος vel DEI Filius, qui est Patris dominicus vel potentia; non secus atque pri-mogenitus appellatur in Scripturis sui parentis robur ac virtus Gen. 49, 3. Deut. 21, 17. Quo pacto ejus descensus de caelo, & adventus in uterum Mariae ad assumptionem carnem eleganter exprimitur.

XXI. Ut enim olim descendit Deus in tabernaculum & templum, illudque sua gratia replevit, quae actio vocatur obumbratio: sic Filius Dei in plenitudine temporis descendit in Marias uterum, quem obumbravit seu singulariter replevit, dum ex ejus castissimis sanguinibus humanam naturam assumit, semper tamen defendens & illam conservans matris virginitatem.

XXII. Atque ita vox dominica caperetur persona. Lib. 33. Moltiter pro ipso λόγῳ, qui Patris est Potentia, & Marianam conceptionem miraculose inumbravit. Sic Lib. 3: c. 2. exposuit Gregorius, Damascenus & Beda. Homil. de

XXIII. Ex hactenus dictis patet, quod Spiritus Annunciations superveniens & virtus altissimi obumbrans De qua Latitia fuerint operata memorabilia. 1. Γενναστὸν therus in αγιασμὸν sanctificationem miraculosam fœtus c. 38. Geu.

in utero Luc. i, 35. quod ex te nasceretur Sanctum.
2. à pœtocriégyean, immediatam operationem,
Spiritus S. ibid. 3 ἐνώπιον τωστικλιώ admirabi-
lens humanitatis & divinitatis in una persona con-
cursū.

XXIV. Hæc summa sunt miracula, quæ fides no-
stra reverenter credit, mens autem nostra non per-
cipit. Et propter hanc causam angelus putatur ad-
hibuisse verbum superveniendi & obumbran-
di, quorum emphasis non satis assequimur, ut ipsis
vocabulis admoneremur à scrutatione mystery in-
Lib. 16. de carnationis abstinendum esse, annotante Eusebio,
monstr. c. 8 Bernhardo & Chemnitio.

Hom. 4. su. XXV. Porro Filius Mariæ propter hanc conceptionem
per Evang. nem. 1, non dicitur Filius Spiritus Sancti quoniam
Missus est, ex illo (quod Augustino ideo explicatu difficile
Lib. 1 Hær. erat.) dicitur conceptus, ut Eutychiani &
mon. c. 4. Schyvenckfeldiani insaniunt. Quia 1. in tota
Ench. c. 38. Scriptura nullibi ita vocatur. 2. D. Paulus docet,
quod Christus secundum humanitatem plane sit
ἄπτωτος, sicuti secundum divinitatem αὐτῷ.

3. Duo Patres essent in S. S. Trinitate, &
DEUS homo factus duos habuisset Patres,
unum divinitatis alterum humanitatis,
Lib. 3. de quod si Ἰερόλογον docente Alcuino, 4. Particula
Trin. c. 3. ἐκ Matth. 1, 18, 20. non materiam, ut nonnullos
quondam opinatos fuisse prodidit Hieronymus,
sed causam efficientē sive vim & operationem desi-
Apol. 2. pro gnat. Recte Justinus Martyr, Conceptus est διὰ
Christian. σωματιας, αἵλα διὰ δυάμεως τὴν παρθένον
εγκύην.

εγκύμονα καθέστε, non per concubitum,,
sed per virtutem virginem reddidit gravi-
dam.

XXVI. Neq; 2. Photiniani suam affirmativam,
nempe ob conceptionem divinam Christum
esse filium Dei, ex particula θεοῦ obtine-
bunt, immo potius in sumum abit. Nam 1. non tan-
tum nunciatur ab angelo superventus Spiritus S.
sed una in umbratio virtutis Dei, per quam λόγον
οὐρανού recte intelligi supra ostendimus. 2. Per
particulam ideoq; respicitur ad complementum
Prophetici Vaticinij Esa. 7,14. Matth. 1,23. Hanc
prædictionem esse jam implendam ostendit Gabri-
el, & sensus verborum talis est. Quia tu per opera-
tionem Spiritus sancti virginitate illæsa paries, hinc
τὸ ἀρχιμήδον sanctum vocabitur Dei Filius, adeoq;
imperbitur Vaticinium Esaiæ de Filio Virginis, cui
nomen homo Deus.

XXVII. Cæterum materialem causam quod CAP. II.
attinet, est Virgo Maria, ex domo Davidis oriun- Causa
da, in cuius utero concepta est. materia

XXIX. Virginem esse oportuit matrem Domini Iis.
puram & intactam his de causis. Requirebat id. In Quo.
1. Mysterij ratio. Quid enim magis admirabile,
quam quod Virgo Filium concipit, incorrupta Vir-
ginitate. 2. Vaticinij impletio. Ita enim prædi-
ctum erat ab Esaia c. 7,14. & in primæva illa pro-
missione appellabatur semen, non viri, sed mulierū
Gen. 3. Et hoc nomen erat Messia Gen. 49,10.
ישראל id est, filius secundus. vel filius ejus, in seme-

nina, Ihe Sohn/oder eiues Menschen Sohn/
quia Virginis filius esse debuit. 3. Factum id putant
i. quod decuerit Creatore, non consueto sed peregrini-
In Epist. ad Hieron. no, admirandoq; uti partu, qualis est ex Virgine.
Hom. 49. in Gen. Ignatius; vide etiam Chrysostomum, Leo-
Sermo. 2. de Nativ. nem Magnum, & Bernhardum. 2. Ut casti-
tatis exemplum commendaret universis, iuxta Na-
Hom. 2. An nunciat. zianzenum, & Ambrosium, quod tamen non
Pontificiorum sensu accipiendum, quasi vir-
ginitatis legem perpetuam Dominus tulerit, qui &
ipse sacri conjugij autor cognoscitur. 3. Ut concipe-
Orat. 20. de laud. Bas. retur absq; peccato. 4. Ut lapsui responderet ipsa
reparatio. Hæc Patrum ratio fere communis est. Sio
In lib. de Carne Christi. Tertullianus, Augustinus & Chrysologus.
Ser. 13. de Nativit. XXIX. Hæc probè notanda sunt contra hostes
caecorumq; tum extra Ecclesiæ pomæria cōstitutos,
ut sunt Judæi (quos magnopere offendit in primis
locus Elai. 7, ubi de voce נָבָלְעַי) & Pagani, de
De Annun- ciat. quibus Augustinus: tum intra Ecclesiæ fines po-
sitios, ut sunt Antimaritæ, seu Antidicomari-
Epist. 3. ad Volusia. anitæ, Cerinthus ante partum, Jovianus
in partu; Helvidius post partum.
Hom. in 8. Christi nativit. XXX. Non quidem diffitemur, quod Maria in Sa-
cra dicitur Virgo non libera, sed desponsata, Jose-
pho Matth. 1, 18. Luc. 1, 37. Hujus rei causas ex-
ponunt Basilius, Bernhardus, Hieronymus,
Lyra & alij.
Hom. 2. XXXI. Nam non copulata fuit Maria carni, sed
Virgo fuit partum, post, in, & ante suum.

Et

Et virtus divina per inviolatæ matris Virginea vi- Epiph. l. 3.
scera, membra juventis introduxit Augustinus. tom. 2. c. 28.

XXXII. Id tanquam admirandum mysterium & & Beda de factum typo portæ clausæ, Ezech. 44, 1. Eapidis Nat. Dom. absq; manu revulsi Dan. 2, 34. Structura templi Epit. lib. Salomonis absq; ferramento ædificati. 1. Reg. Concord. 6, 7. præfiguratum volunt B. Patres, Hierony- pag. 766. mus, Augustinus & Irenæus, Lutherus ve- 767. rò simili illustrat à Sole penetrante vitrum, id ta- Epist 3. men non lèdente, in Cantione germanica. Mis die In Dan. c. 2. Sonn durchscheint das Glas/ &c. Tract. 9. in

XXXIII. Quod verò Christus dicitur conceptus & Iohan. lib. natus ex muliere Jerem. 31, 22. Gal. 4, 4. respici- 3. c. 28. tur i. non ad privationem virginitatis, sed tantum ad differentiam sexus, ut dicit Au- gustinus. 2. Nomen בָּקָר, est nomen Sexus, Lib. 2. de non status, quod ex omnibus fere locis, quibus usurpatur, manifestum est. Opponitur enim nomi- ni בָּקָר id est, Masculus, Masculus autē est nomen sexus, ut constat, absq; respectu ad conjugium.

XXXIV. Vnde patet, Mariam puram, sanctam & immaculatam Virginem fuisse, matremq; Domini ac Salvatoris nostri, ex qua corpus Christi vere for- matum.

XXXV. Constat homo duabus partibus anima & Cap. III. corpore: utramq; λογοτ. assumptis; utraq; in u- Materia tero Mariae producta est, anima sine materia, cor- pus ex materia. ex qua,

XXXVI. Materia vero corporis Christi fuit. 1. Massa corporum, quia ordinarius generationis modus

modus eam requirit. Neg_z probari potest, carnem Christi miraculose creatam, aut ex nihilo produc_ztam esse; ideoq_z Scriptura silente, nullum hic miraculum fingendum. Fuit autem semen tantum virgineum & purissimum, quia sine viri cognitione Maria virgo concepit.

XXXVII. 2. Massa illa fuit vel de cœlo de lata, vel aliande formata, sed in Mariæ utero elaborata, unde Christus dicitur fructus ventris Mariæ, Luc. 1, 42. Matthæus conatus est emphaticè exprimere, cum inquit, εν γαστὶ εξεγένετο. Quæ enim gravida est, vocatur εν γαστὶ εχθρων. Genes. 38, 24. 2. Reg. 11, 5. Et in Nov. Test. Matth. 24, 19. 1. Thess. 5, 3. Apoc. 12, 2.

XXXIX. 3. Massa illa sanctificata & ab omni peccato immunis, non ratione prime conceptionis, quasi Maria absq_z peccato originis fuisset nata, sed propter sanctificationem Spiritus supervenientis. Nulla quidem particula corporis Mariæ caruit peccato in se, ista tamen massa, ex qua corpus Christi formandum & quæ ante nuncium angelicum contaminata fuit, postmodum purgata est, ut ex illa conciperetur sanctum, Luc. 1, 35.

XXXIX. Hinc Messias à Jeremia in abstracto dicitur justitia c. 23. à Daniele Sanctus Sanctorum c. 9. à Zacharia Iustus & Salvator. c. 9, 9: ab Apostolo Pontifex per omnia tentatus absq_z peccato, Heb. 4, 15. innocens impollutus, segregatus c. 7. 26. à Petro agnus inculpatus & incontaminatus i Epist. c. 1, 18, 19.

XL. Omnes

XL. Omnes quidem qui ex semine viri concipiuntur in peccatis Rom. 5, 12. Christus autem a deo operatur & per consequens sine peccato conceptus est.

XLI. Alias enim nec divinitati uniri potuissest humanitas, neque ulla parte muneris sui sufficiens fuisset, quia nec justitiam docere, nec peccata expiare, nec pro peccatoribus intercedere, nec universam Ecclesiam tuto regere posset, nisi justus nullusque peccatis obnoxius.

Cap. IV.

XLII. Atque hactenus de materia corporis Christi: de modo jam de modo formatæ conceptæque humanitatis alii formatæ quid dicemus, ubi tria in considerationem veniunt, de quibus ordine agemus.

humanitatis.

XLIII. 1. De productione animæ. Zanchi. Lib. 2, de us affirmit, Animam Christi è nihilo & immediate à Deo creatam esse, quia aliorum hominum animæ per traducem non propagentur, sed crecentur, quem sequitur Martinius.

XLIV. At 1. desunt rationes, quibus firmiter probetur immediata creatio animæ Christi 2. Incerta est & falsa hypothesis de omnium animarum creatione; imò invertimus ita: Qualis est productio animalium ordinaria, talis quoque fuit animæ Christi. Sed reliquorum animæ producuntur mediate per traducem. Idem igitur de anima Christi statu. Vide par. 1. Phil. Sob. f. 3. c. 6. q. 1.

Lib. 2, de Christo Tractat. 1. c. 12.

XLV. Major patet ex adversariorum sententia, qui à modo productionis communi colligunt productionem animæ Christi. 2. Temerarium est.

est miracula fingere & exceptiones fingere, racen-
te Scriptura. 3. Quia Christus vocatur filius homi-
nis, filius Mariæ. Absconum autem foret, corpus ex
Maria esse formatum, animam vero simul non pro-
pagatam.

Part. 3. q.
33. c. 1.

XLVI. 2. De formatione corporis. Schola-
stici ex Thoma distinguunt inter præparati-
onem materiæ & formationem corporis,
quos sequitur Zanchius ubi successivam illam

Lib. 2. de
Incar. c. 3.
q. 7.

materiæ præparationem defendit, ex quo repte-
tit Polanus.

Lib. 6. Syft.
Theol. c. 14
In Orat. de
bum. Chri
gener.

XLVII. 1. Verum unde probabizur hoc ipsum? 2.
Quia movens est hyperphysicum, & conceptio ipsa
contra communem Naturæ legem ev tw vvv & su-
bito facta putetur (quod docent Basilius, Leo
Magnus, Fulgentius & Damascenus) nulla nos

Serm. 8. de
natali.

cogit necessitas, ut discedamus à nostra sententia.

In lib. de fi
de ad Petr.
c. 8.

XLIX. Statuimus ergo simel & semel omnia per-
fectè formata esse. Astipulatur Damascenus, qui
ait, Filius Dei construxit sibi carnem ani-
matam, non par additamenta, sed uno con-
textu absolutum.

Lib. 3. c. 2.

XLIX. Negat hoc quidem Keckerman. in Syft.
Theol. 3. c. 2. Sed affirmant hoc orthodoxi Pa-
tres, quia. 1. Virtus agentis id est, Spiritus S. est in-
finita, & ideo sine mora perficere potuit. 2. Λογος
nunquam fuit τὸ σατιρικόν alicui embryoni, sed
tantum humanae & animatae carni, Johan. i, 14.
Quam in sententiam Athanasius scribit ev αὐτῷ
ὑπάρχει ενώδειον σύρξ τῷ λογῳ τὸ σατιρικόν.

In

In ipso conceptionis momento, caro unita
est verbi personæ.

L. 3. De conceptione totius humanitatis.

Facta est. 1. In instanti, ut ostensum, ideoqz dicitur veteres, conceptionem carnis factam esse,
non saltem di*nūās* propter nos, nec tantum Ser. 17. de
nūās, secundum nos, sed ūπερ nūās Nativ.

Supra nos. 2. Statim post annunciationem An-
geli, & post assensum S. Virginis Luc. 1, 38. ita cen-
In c. 1. Lut.
set Augustinus, Theophylactus, Damasce-
nus, Gregorius Magnus, cuius verba hæc citat Lib. 18 Mo
r. 1. c. 2.
Lombardus. 3. Ita facta est conceptio, ut simili
subitoqz uniretur anima cum corpore. Lib. 3. Sēt.
dist. 2. lit. C

L I. Hū itaqz explicatis, restat ut de fine Conceptio-
nis Christi dicamus. CAT. V.

L II. Ut omnia nostri causa, sic conceptio Christi
propter nos & nostram salutem facta est. Lex re-
quirit perfectam obedientiam. At vero hæc perfe-
ctia deest nobis, concipimus in peccatis, & materi-
am vitiosam trahimus ex parentibus.

L III. Ut igitur impura conceptio tegeretur co-
ram Deo, Christus sine peccato conceptus, nostri
loco satisfecit Legi, quia nos sancte & sine peccato
concepti debuimus.

L IV. Consistit quidem CHRISTI satisfactio
in agendo & patiendo, quorum illud activam,
hoc passivam obedientiam nuncupamus: non ta-
men ob id excludi penitus debet sanctitas CHRI-
STO inherens, in qua est conceptus, quippe
qua non tantum est necessaria qualitas personæ
Media-

*Mediatoris, sed una pars illius perfectissime obedi-
entiae, quam Lex a nobis requirit.*

LV. *Quare uti Christus propter nos conceptus, ita
& propter nos sanctus & sine peccato conceptus, ut
ita istius sanctitate immundities tum parentum
gignentium, tum liberorum conceptorum tegere-
tur. Hanc finem innuere videtur apostolus Heb.
10,5. &c. de illo prolixè differit Augustinus.*


Meditati- **LVI.** *Ex hoc fine & consideratione S. Conceptio-
practica. onis Christi haurire possumus, tum vivam con-*

1. solationem, quæ consistit in ablutione sordium,
2. sanctitate Christi peracta; cum seriam admoni-
tionem, quæ consistit in studio sanctitatis vitæ no-
stre. 1. Exemplo Christi. 2. Mandato Dei,
Levit. II, 45. 3. Vocatione nostra, i. Petr.
1, 15.

LVII. *Hoc si fecerimus, hic vasa gratiæ, olim glorie
erimus, ubi consummabitur, quod hic inchoatur,
ubi reddemur viri perfecti juxta mensuram
plenitudinis Christi, Ephes.*

43 150


F I N I S.



Farbkarthe #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



LOGIAS SACRAE
ratio Quarta.
DE
SCHRI STI
EPTIONE ET
R MATIONE.
Quam
iente Geographia
PRÆSIDIO
ASARIS MEISNERI
nol. D. & P. P.
allegio examinandam
proponit
PHORUS KIRCHERUS,
gustanus.
Novemb. boris pomeridianus
inori Auditorie.
(X) 50
TE BERGÆ,
HANNIS GORMANNI
cl. 19 c. 144